



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Violatio interdicti Ecclesiastici semper est prohibita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

*Peccatum insensibilitatis qualiter
committatur.*

Insensibilitas rarissimum peccatum est, quo quis sine rationabili causa fugit delectationes sensibiles naturales. Et si inuenitur hoc peccatum mortale est: ut si quis horreret intantum delectationes sensibiles, ut necessaria ad cibandum seipsum subtraheret aut negaret debitum uxori, & breuiter necessaria pratermitteret. Aut ex lapidea natura constaret homo talis: ita quod forte non haberet tantum luminis & liberi domini super suam malam complexionem ut mortaliter posset in hoc peccare.

Inspicientia in quantum oppositum est sapientie peccatum causat.

Insipientia pro quanto peccatum sonat contrarium sapientie, male affectae mentis ad effectiue iudicandum secundum primam causam, crimen est siue tollat a Deum ut finem suorum operum, siue ut prouidorem, siue totaliter iuxta illud, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Sed tunc usque adeo excacat ut infidelitatem inducat, qui enim primo operatur tanquam qui putat non esse Deum, non multum distat ut putet & dicat in corde tuo non esse Deum.

Violatio interdicti Ecclesiastici semper est prohibita.

Interdicti Ecclesiastici violatio peccatum videtur solummodo clericorum, quoniam solis clericis poena indicitur. Nec etiam est clericorum qualitercunque, sed pro quanto exercent aliquid certo ordini deputatum: ita quod nec ipsi clerici violant interdictum, nisi faciendo aliquem actum ordinis. Ex poenis autem irregularitatis & suspensionis ab officio & beneficio, & ineligibilitate & inopostulabilitate &c.

358 Interdic. Eccle. viola.

quas clericus violans interdictum incurrit, apparet
 peccatum esse mortale: tanta enim multiplicatio tam
 grauium poenarum, graue delictum supponit. Nec
 quantum ad hæc refert, an ipse clericus sit interdictus,
 an hæc faciat in loco interdicto. Intelliguntur autem
 in proposito appellatione clericorum non solum qui
 vere sunt clerici, sed etiam moniales quæ nullius or-
 dinis sunt capaces: vt patet in cap. postulastis. de cle-
 ric. excommunicata. & cap. ministrante. Ita quod ipsæ
 tunc violare intelliguntur interdictum, quando offi-
 ciarent Ecclesiam vt prius, & breuiter illa facerent
 quæ clericis intelliguntur prohibita tanquam com-
 petentia ex ordine aliquo. Et quoniam imponitur
 eis multum grauis poenitentia (scilicet quod in arctio-
 ri debent retrudi monasterio ad agendum poeniten-
 tiam) apparet similiter peccatum mortale. Verum
 huiusmodi apparentia mortalis peccati, siue in cleri-
 cis, siue in monialibus, nõ cogit fateri peccatum mor-
 tale: quia solæ poenæ sunt temporales, quas potest
 homo cum merito incurrit: vt patet in iudice qui
 incurrit irregularitatem iudicando iuste hominem
 ad mortem: omnes enim huiusmodi poenas aut ma-
 ximas inter illas incurrit homo absque peccato. Et
 propterea sicut excommunicatio minor potest incur-
 ri absque mortali peccato, & tamen priuat hominem
 à maximis mysteriis sacris & necessariis singulis ho-
 minibus (quia priuat à perceptione sex sacramento-
 rum) ita interdictum sicut & irregularitas & suspen-
 sio incurritur absque mortali peccato, quantum est
 ex parte poenarum, aliunde siquidẽ potest esse mor-
 tale, scilicet ex parte contemptus aut præcepti adiun-
 cti, si contingat aliquid horum adiungi. Dixi autem
 violationem interdicti peccatũ esse clericorum qua-
 rens clericis; quia laici non propriè violant interdi-
 ctum nisi faciendo à clericis illud violari: & tunc non
 minus

Interroga.confes. 359

inimicus quàm clerici peccant. Et in multis casibus huiusmodi, incurrunt laici excommunicationem: vt habes suprà in verbo, excommunicatio.

Sed si clericis violantibus aut non violantibus interdictum, laicus interdictus aut in loco interdicto audit diuina quæ ibi dicuntur, dicendum est quòd peccat quidem, si ipse laicus est interdictus: quomodo debet humiliter sustinere interdictum, & obedire abstinendo à diuinis. Si tamen ipse non est in culpa, nec est nominatim. Sed vt vnus de populo interdictus, & sine scandalo ex deuotione hoc faceret tanquam putans innoxius pias interpretationes pœnarum subuenire creditur excusari à tanto. Si autem ipse non est interdictus, sed audit in loco interdicto, non videtur peccare: quia ex quo ibi diuina dicuntur ipso non auctore, melius est vt fructum ex illo malo bonus percipiat, quàm quòd abstineat: nisi hoc esse fomentum clericorum ad non seruandum interdictum. Et similiter si celebrans admittit ad diuina aliquem interdictum non teneor ego exire: quia nō est assignatum delictum participii in diuinis cum interdicto sicut cum excommunicato: quamuis celebrans incurrat, suspensionem ab ingressu Ecclesiæ: vt patet in cap. Episcoporum. de priuileg. in vi. Aduerte hic, quòd hodie nullus tenetur seruare interdictum à iure vel à iudice positum, si non est contra certum locum aut personam denunciatum: quia sic in concilio Constantiensi sub Martino quinto, indultum est: vt patet in constitutione superius recitata in tractatu de excommunicatione minore.

Confessores qualiter se habere debeant circa pœnitentialem interrogationem.

Interrogationes pœnitentium à cōfessoribus, propter finem huius operis occurrunt hic inserendæ: